



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 24. Juliani Epistolæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

tus maris deducta, ibi celeriter cremata Sæculum IV.  
 sunt, cineresque in mare projecti, ne ve- A. C. 362.  
 lut Martyrum Reliquæ a Christianis ho-  
 norarentur; quod quidem, saltem de ci- Epiph.hær.  
 neribus Georgii, nullatenus timendum  
 erat, quippe omnes sciebant, cædis ejus  
 causam non fuisse Christianam Religio-  
 nem, sed quod eum patrata crimina bo-  
 nis omnibus execrabilem reddidissent.  
 His non obstantibus, mors ejus Arianis  
 S. Athanasium, & Catholicos calumnian- Sozom. V.  
 di locum dedit. c. 7. Phi-  
loſt. VII.

## §. XXIV.

c. I.

*Juliani Epistolæ.*

Julianus, Alexandrinorum seditione Am. XXII.  
 comperta, iracundia ardens, tales sec. 2. Soz.  
 ab eis poenas exacturum, edixit, quales V. c. 7.  
 facinoris atrocitas postularet; sed aliam  
 ei mentem propinquai ejus, præsertim Co-  
 mes Julianus ejus cognatus, qui Præfe-  
 ctus Ægypti fuerat, indiderunt, nec gra-  
 vius in eos animadvertisit, quam quod  
 Philosophicam reprehensionem scripserit  
 in hunc modum: *Etsi nulla vobis esset Re-*  
*verentia Alexandri fundatoris vestri, aut Epist. IX.*  
*potius Magni Serapidis, Dei vestri, quo-*  
*modo communes humanitatis leges viola-*  
*stis? quomodo reverentia mei vos non co-*  
*bibuit? mei, inquam! in quem Dii, &*  
*præsertim Magnus Serapis hujus universi*  
*Imperium contulerunt? cum me injuria-*  
*rum,*

Sæculum IV. rum, vobis illatarum, judicem appellare  
A. C. 362. oportuisset, vindictæ cupiditate abrepti, il-  
la ipsa flagitia admittere non puduit, qui-  
bus vos inimici vestri ad justam iracun-  
diam provocaverant. Tum conqueren-  
di de Georgio causas, quas habebant,  
assert, & subdit: *Justissime igitur in*  
*bunc Deorum hostem irati, cum eum in ju-*  
*dicio accusare debuissetis, Sacram vestram*  
*Civitatem profanastis.* Et deinde: *Pro!*  
*civem cives rabidorum canum more dis-*  
*cerpsistis, & fumantes humano sanguine*  
*manus ad Deos attollere audetis! at Ge-*  
*orgius ita puniri merebatur; concedam*  
*hoc vobis, & adjiciam, forte graviorem*  
*pœnam fuisse meritum, vos vero a carni-*  
*ficum officio abstinere oportebat. Leges*  
*hubetis, quibus a vobis honor debetur, sal-*  
*tem publice. O vos felices! quod, me im-*  
*perante, banc culpam admiseritis, ego enim*  
*vos affectu fraterno diligo, in Dei, (\*)*  
*& agnati mei gratiam. Rigidus Prin-*  
*ceps tanto malo remedium amarissimum tu-*  
*lisset, satis mibi est, vos verbis, nempe re-*  
*medio, quo lenius esse non potest, corriperi,*  
*mibique persuasum habeo, vos mea bo-*  
*nitate commoveri, si vere Græca origine*  
*nati estis, & ab antiqua Majorum vestro-*  
*rum nobilitate non degenerastis.*

Julia

(\*) Nempe Serapis. Interpres Protestans  
 hunc sensum non reddit, sed aliud, qui Fleu-  
 ri non est.

Julianus sciens Georgii bona post cæ- Sæculum IV.  
 dem ejus fuisse direpta, ad Eddicium Ægy- A. C. 362.  
 pti Præfectum scripsit; curaret, ut libri  
 servarentur, nam librorum, inquit: ab Epist. 9.  
*unguiculis studiosus sum, & scio Georgium v. Liban. pa-*  
*babuisse multos Philosophiæ, Rhetoricæ, & neg. 12. 34.*  
*impiæ Galilæorum Doctrinæ. Utinam*  
*Galilæorum libros abolere possem! sed ne*  
*unacum istis & alii utiliores perdantur,*  
*omnes exactissime requirantur, & ad hunc*  
*laborem, qui Georgio ab epistolis fuit, ad-*  
*bibeatur; si fideliter imperata fecerit, in*  
*præmium accipiat libertatem, sin minus,*  
*verum in equuleo exprimatur. Novi, quos*  
*libros Georgius habuerit, nam, cum in*  
*Cappadocia essem, multos mibi mutuos de-*  
*dit, ut transcriberentur, quos ei deinde*  
*reddidi. Julianus hac super re etiam scri-*  
*psit ad Porphyrium, Quæstorum in Ægy-*  
*pto Præpositum, jübens, ut Georgii Bi-*  
*bliothecam, quibuscumque posset modis,*  
*colligeret, sibique Antiochiam transmit-* Epist. 36.  
*teret.*

### §. XXV.

#### S. Athanasi reditus.

Sanctus Athanasius, sublato Georgio, Sup. XIII.  
 cum nihil amplius obstaret, Alexan- §. 28.  
 driam rediit, postquam annis ferme se- Greg. Naz.  
 ptem latuerat, nempe a nona Februarii or. 21. pag.  
 anno 356. usque ad annum 362. circa  
 mensem Augustum. Ingressus ejus trium- 391.  
 phi